

Praetereo interim, quae primus annotavit celeberrimus hic Scriptor de Visorio ^{d1} nervo in prae grandi animali ; quod postea Malpighius Xyphiam, et Thynnum esse indicavit, illum nempe *veluti tenuissimum matronarum linteum in innumeras rugas aequales, et pari serie distributas complicari, tuniculaque ambiente cogi, qua incisa, postea facile evolvitur*. Quae itidem in ostio venae cavae juxta auriculam deprehendit, non solùm circa eandem majorem valvulam, quam tuberculum postea Lovverus dixit, quaque prohibetur, ne sanguis à jugulo refluens ad inferiorem cavam descendat ; sed circa aliam longè exiliorem, et non minùs validam, quae orificio venae coronariae ^{e2} imposita est, et cujus, quanquam posterioris aevi Anatomici Veslingius, Blancardus, et Verheyenus non meminerunt : nos tamen praeclarum, ac summopere necessarium usum prodemus, Deo volente, in tractatu nostro de Motu Cordis. Verùm sexcenta hujus generis Tibi occurrent in excursu sequentium Tabularum, quas in volumen compactas eò libentiùs ad Te mitto, quò majori fiducia spem futurae gloriae ab ipsa detectarum rerum veritate idem sibi, dum erat vivus promittebat Eustachius ; quippe qui prope calcem epistolae, quam Lectori Erotianae collectionis *praemittit*, haec habet : *Illud velim scias, quasdam à me Tibi observationes, et inventiones anatomicas paratas esse, quas, modò aequum, ut spero, Te mihi judicem praebere velis, legisse nunquam paeniteat. Illas equidem jam pridem aere incidendas mandavi, sed edere supersedeo ; quia nonnullos iis, quae de renibus, de musculis ossiculorum auditus, de dentibus, de vena azyga, et de capitis motu, anno*

Je laisse cependant de côté ce que cet écrivain très célèbre a le premier noté à propos du nerf optique¹ chez l'animal de grande taille, comme l'espadon et le thon selon les indications que Malpighius donna par la suite : il est avéré que, à la façon des draps de lin très fin dont se servent les femmes, ce nerf est replié en d'innombrables plis égaux et répartis avec régularité ; il est maintenu par une membrane qui l'entoure et, une fois celle-ci incisée, se déroule facilement¹. Il a également fait des découvertes sur l'abouchement de la veine cave au niveau de l'oreillette, non seulement à propos de la valve la plus grande – celle-là même que Lower a par la suite qualifiée de tubercule – qui empêche que le sang ne descende de la gorge, en refluant vers la veine cave inférieure, mais aussi à propos de l'autre valve bien plus fine, mais non moins solide, qui se situe à l'orifice de la veine coronaire et dont n'ont pas fait mention les anatomistes Vesling, Blankaart et Verheyen, quoique plus tardifs ; cependant nous, si Dieu le veut, nous en exposerons la fonction remarquable et absolument indispensable, dans notre traité sur le mouvement du cœur. À dire vrai, six cent découvertes de cette nature se présenteront à toi en parcourant les planches suivantes que j'ai réunies en un volume, et que je t'envoie avec d'autant plus de plaisir que c'est avec une grande confiance que ce même Eustache nourrissait, de son vivant, l'espoir de connaître bientôt la gloire grâce à l'exactitude même de ses découvertes ; puisque celui-ci a dit ceci à la fin de la lettre qu'il adresse au lecteur de la collection érotienne³ : *Je voudrais que tu saches que je t'ai préparé certaines observations et découvertes anatomiques que, si tu veux bien te comporter en juge équitable à mon égard, comme je l'espère, tu ne regretteras jamais d'avoir lues. Certes, il y a déjà quelque temps, je les ai fait graver sur du cuivre, mais je m'abstiens de les publier parce que j'ai entendu dire que certains avaient été vivement troublés par les traités que j'ai publiés l'année dernière sur les reins, les muscles des osselets de l'audition, les*

¹ d *In ossium examine* pag. 227 : « d. De l'Examen des os, p. 227 »

² e *Ea de re verba fecit Eustachius in Opusc. De Vena sine pari Antigram II. pag. 289* : « e. Eustache parle de cela dans son opuscule *De la veine sans pareil*, Antigramme II, p. 289 ».

³ Érotianos ou Érotien est un médecin grec du premier siècle après J-C. On lui doit notamment un glossaire des œuvres d'Hippocrate dont Eustache a assuré une édition précédée d'une lettre préface et accompagnée d'annotations, à Venise en 1566.

proximo superiore publicavi, vehementer audivi commotos fuisse : ideoque operae pretium me facturum esse arbitratus sum, si aliquandiu expectarem, donec ipsi ad suam sententiam tuendam, si quid volunt, rescribant : ne novas subinde appendices meis scriptis adjungerem. Interea eos, dum haec parant, non oro solùm, sed obtestor, ut quae de memoratis ipsi partibus scripserunt, cum his, quae ego asserui, amice conferant : et si nostram reprehensionem injustam comperiant, tum verò objurgent, et conviciis me onerent, et qualibet poena dignum putent : sin, ut spero, rem aliter se habere intelligant, publicae, obsecro, utilitati consulant, animumque, veluti ingenuos ac liberos homines decet, ad rationem, et veritatem revocent : et, priori sententia deposita, non erubescant fateri, per quos profecerint.

dents, la veine azygos et sur le mouvement de la tête : c'est la raison pour laquelle j'ai pensé que je donnerais de la valeur à ce travail si j'attendais qu'ils répondent à leur gré, pour défendre leur opinion, pour éviter d'ajouter immédiatement après à mes écrits de nouveaux appendices. En attendant cela, je les prie et je les conjure de comparer avec bienveillance ce qu'ils ont eux-mêmes écrit sur les parties évoquées à l'instant avec ce que j'ai, moi, soutenu. Et s'ils trouvaient notre critique injuste, alors, à coup sûr, ils me réprimanderaient, me couvriraient d'injures et m'estimeraient digne de n'importe quel châtimeut ; mais si, comme je l'espère, ils comprennent qu'il en va différemment, qu'ils veillent, de grâce, à l'intérêt général et qu'ils ramènent leur esprit à la raison et à la vérité, comme il convient à des hommes honnêtes et de bonne éducation, et, lorsqu'ils auront renoncé à leur première opinion, qu'ils n'aient pas honte de reconnaître ceux grâce auxquels ils ont progressé.

(Étudiants de L3de Lettres-classiques et modernes, 2025-2026 : Margot Gandy, Allan Pétillon, Léa Pollet, Prisca Rose, Hugo Fagnet, Louna Nedelec, Audrey Larcher. Professeur B. Jeanjean)